

# Urkundl. Spuren einer Kirchengründung zu Bladiau.

Von  
**Adolf Rogge.**

*Universis presencium inspectoribus Nos frater Henricus de Ploczk,  
Magister prussie cupimus fore notum, nos vidisse et legisse litteras  
Religiosi viri fratris H., predecessoris nostri et fratris H. Marschalki  
pie memorie in hec verba:*

*Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis Nos frater  
H. magister in prussia Salutem in eo, qui est omnium salus et vita.  
Noreritis, quod nos cum consilio fratrum, qui tunc apud nos persona-  
liter extiterunt contulimus Kerstenno et fratribus ipsius, nec non here-  
dibus ipsorum, campum, qui appellatur Perdegarbe, idem, quod nunc  
colunt et detinent sine decimis possidendis. Insuper in quodam campo,  
qui dicitur Pocarpien ipsis contuleramus sex uncos sc., ne graviora  
aliquot interveniant, ab iisdem uncis contulimus supra dictis viris et  
heredibus ipsorum quatuor mansos sine decimis possidendos. Ne hujus  
rei scriptum valeat cassari, Nos frater H. magister ordinis fratrum  
theuto: in prussia et nos frater H. Marschalkus sigillorum nostrorum  
munimine roboramus. Testes sunt: frater Th. commendator in Konigs-  
pergk, frater Ludico, frater Rudolfus jurenis. Date Konigspergk  
Anno Domini M° cc°lx in die palmarum.*

*Tandem vero, cum nos in Balga essemus de fratrum nostrorum  
consilio in heredibus predictis, quandam fecimus permutacionem tali de  
modo, quod predicti heredes antifata bona, que in campo Perapien  
possidere videbantur, nostre domui integraliter resignaverunt. nos vero  
loco predictorum bonorum prenotatis contulimus et conferimus in campo*